Opticæ Pars ſecunda.

De Colorum Origine.

SECTIO I.

Exponitur Doctrina de Coloribus, & per Experimenta Priſmatis probatur.

Ottica Parte Seconda

Sull'origine dei colori

SEZIONE I

La dottrina riguardo ai colori è spiegata ed è dimostrata attraverso gli esperimenti dei prismi.

Pag 145 - 166

QUI in fabricandis telescopiis occupati sunt, de coloribus conqueruntur, quibus objecta, dum vitris istis mediantibus aspiciuntur, tingi solent; quique eo magis augentur & apparent, quo vitrum oculare ex sphæris minoribus efformatur, vel etiam quo vitrum objectivum majori latitudine radiis intrantibus patet.

Coloro che sono impegnati nella fabbricazione di telescopi, si lamentano dei colori i quali oggetti sono solitamente tinti nel momento in cui li osservi attraverso codeste lenti; ciascuno tanto maggiormente ingrandito e appariscente, quanto la lente oculare sia formata da sfere (diametri) minori, oppure anche quanto la maggiore latitudine dei raggi penetranti l'apertura della lente dell'obbiettivo.

Unde duplici incommodo implicati impediuntur, ne perspicilla ad optatum perfectionis gradum perducant: tum quod oculare vitrum ultra certos gradus parvum ad objecta magis amplianda nequeant adhibere, tum quod vitrum objectivum ultra certos limites aperire nequeant ad objecta magis lucida & perspicua reddenda.

A causa di un duplice disturbo implicato, sono impediti di portare la percepibilità al grado di perfezione desiderato: anche perché non possono adibire una lente oculare inferiore oltre un certo grado atta ad ampliare ulteriormente gli oggetti e inoltre perché non possono aprire la lente dell'obiettivo oltre certi limiti atta a rendere gli oggetti maggiormente lucenti e percepibili.

Pag 146 – 167

Qui gradus vel limites, si non probe observentur, objecta coloribus involuta reddentur, & multo minus distincta, quam si vel minora cernerentur, ope vitri ocularis minus convexi, vel minus lucida diminutâ perspicilli aperturâ.

I quali gradi o limiti, se non correttamente osservati, renderanno gli oggetti avvolti dai colori e molto meno distinti, oppure come se fossero meno ordinati, c'è bisogno di una lente oculare meno convessa, oppure meno lucente, che diminuisca la percepibilità dell'apertura.

Jam; cum istæ perfectiones præcipuæ sint, quæ in perspicillis desiderantur; nempe ut objecta magis amplient, & reddant

Già; quando codeste particolari perfezioni siano quelle che in percepibilità sono desiderate; naturalmente affinché gli

lucidiora: operæ pretium videtur in naturam colorum inquirere, ut investigemus tandem quid in causâ sit, quod ita appareant, & objecta reddant indistincta; hujus enim ignorantia quam plurimos labore non exiguo sed inani tamen exercuit, dum imperfectionem telescopiorum a vitiosis vitrorum figuris ortam esse credentes, in istis meliori figurâ perpoliendis navarunt operam.

oggetti si amplino maggiormente e rendano lucentezza: indagare sulla natura dei colori sembra sia il prezzo dell'opera, alla fine investighiamo in questo modo su quale sia la causa, perché appaiono così e sul perché essi rendano disordinati i colori degli oggetti; infatti tale ignoranza, quanto il non esiguo ma inane lavoro di molta gente che tuttavia esercitò per tutto il tempo in cui veniva creduto che le imperfezioni dei telescopi figuravano essere sorte dai vizi delle lenti, in codesta migliore figura fecero con premura opera di levigatura.

At, si causam horum colorum fatis exploratam habuissent, simul innotuisset inæqualis diversorum radiorum refrangibilitas, & inde vitia telescopiorum non ab ineptitudine figuræ sphæricæ ad refractiones rite peragendas originem ducere constitisset.

Ma, se avessero approfondito discutendo della causa di questi colori, allo stesso tempo sarebbe diventato noto la disuguale rifrangibilità dei diversi raggi, e da lì che i difetti dei telescopi, non dipesi dall'inettitudine delle figure sferiche, andavano orientati verso l'origine delle rifrazioni procedendo nel modo consueto.

Quo bene intellecto, conatus suos procul dubio mutassent, & laboribus istis secundum aliam methodum dispositis, opticam in gradum multo perfectiorem jam promotam haberemus.

Di cui bene inteso, avessero tentato di mutare il loro lontanissimo dubbio, e codesti lavori secondo un altro metodo ben disposto, avremmo già l'ottica ad un grado molto più avanzato di perfezione.

QUI de coloribus hucusque disseruere, vel id nomine tenus fecerunt, ut Peripatetici; vel in

Fino adesso, coloro che dissertarono sui colori, o ne fecero soltanto il nome, come i

eorum naturam & causas inquirere conabantur, ut Epicurei & alii recentiores.

Peripatetici, oppure tentavano di ricercare le cause nella loro natura, come gli Epicurei ed altri novizi.

Pag 147 - 168

Quæ Peripatetici de hisce tradidere, etsi vera forent, tamen ad nostrum propositum nihil valerent: quippe, dum modum, quo generantur, & causas, unde fiunt tam varii, non attingant.

Quello che i Peripatetici tramandarono su queste cose, sebbene fossero vere, ciononostante non valgono nulla al nostro scopo, dal momento che ancora non toccano il modo in cui si generano e le cause per le quali divengono così diversi.

Etenim illi de originibus & variis rerum speciebus disputantes pro causis, ex quibus ipsarum existentiam & discrimen mutuantur, varias quasdam formas assignarunt, verum de particulari cujusvis forme causâ & ratione, ob quam differt ab aliis, haud unquam quicquam disseruere.

Difatti riguardo le origini e le varie tipologie di cose sostenenti le cause, dalle quali traggono la propria esistenza e distinzione, sulla varietà in un certo senso delle forme a loro assegnate, la verità sulla particolarità di qualsiasi forma, causa e ragione, nell'interesse di quanto differisce dalle altre, non venne discussa da nessuno neppure in modo occasionale.

Et sic ea fecerunt missa, quorum explicario videtur summum philosoporum officium, imo quæ sola mentem scientiæ naturalis avidam explere possint.

E così in questo modo fecero messa, le quali orazioni dalla somma funzione filosofica sembrano, le più basse che solo una mente insaziabile di scienza naturale è in grado di riempire.

ATTAMEN, ne mancam philosophiam tradidisse viderentur, effecerunt, ut ejusmodi disquisitiones pro maxime absurdis & ridendis habeantur; utpote quæ supponunt

Nondimeno, per non dare l'impressione di aver diffuso una filosofia imperfetta, imbastirono tali disquisizioni a favore, affinché fossero maggiormente assurde e ridicole; dal momento che suppongono le forme siano

formarum esse alias formas, & qualitates qualitatum.

talvolta delle forme e delle qualità le qualità.

Itaque cum lux definiatur esse qualitas vel forma, quæ dat esse lucidum, non expectandum est, ut aliquid de ejus causis audiamus, vel quâ ratione ad varios colores producendos fiat varia.

Cosicché quando la luce viene definita come la qualità o la forma che le conferisce lucentezza, non c'è da aspettarsi di sentire qualcosa sulle proprie cause, oppure sulla ragione per la quale questa produzione dai vari colori divenga tale.

Dicunt equidem, quod plus luminis quibusdam coloribus immiscetur, quam aliis: at hoc non sufficit ad eorum productionem, tum quod nullus omnino color ex albedine & nigredine solummodo mixtis præter fuscos intermedios generatur; tum quod quantitas lucis non mutat speciem coloris.

Dicono per certo, che in alcuni colori è immischiata una maggiore quantità di luce piuttosto che in altri: ma questo non è sufficiente alla loro produzione, anche perché, escluso gli scuri intermedi (i grigi), nessun altro colore è generato solamente dal bianco e dal nero misti tra loro e inoltre perché la quantità di luce non modifica la specie del colore.

Pag 148 - 169

Corpus enim rubrum, verbi gratiâ, semper apparet rubrum, sive aspiciatur in crepusculo sive in meridie lucidissimo.

Infatti un corpo rosso, per la grazia della parola, appare sempre rosso, sia che lo si guardi al crepuscolo o al lucentissimo mezzogiorno.

Porro autem ipsa definitio, quam attribuunt coloribus, adeo non pandit eorum naturam, ut eos ne nomine tenus exprimat.

Poi d'altra parte la stessa definizione che attribuiscono ai colori, non va' a spiegare la loro natura, come tanto meno va' ad esprimerne unicamente il nome.

Ait Arisioteles

Aristotele asserisce

Χρῶμα δὲ ἐς ι τῦ διαφανῦς ἐν Σώματι ὁρισμένῳ πέρας.

Χρωμα δε ες ι τυ διαφανυς εν Σωματι ορισμενω περας.

Il colore è la parte evidente di un corpo finito.*

Χρωμα δέ ες ί τυ διαφανυς εν Σώματι όρισμένω πέρας.

NB. La traduzione dal greco non è una traduzione letterale, ma un'interpretazione dedotta attraverso il confronto delle due frasi di sinistra (di cui una senza accenti e l'altra con gli accenti che è possibile utilizzare nel greco moderno, sia dal contesto in latino che segue.

Quæ superficiei coloratæ potius quam coloris descriptio est.

È la descrizione di una superficie colorata piuttosto che quella di un colore.

Illa enim dici potest extremitas perspicua in corpore terminato.

Infatti di questo lo si può dire dell'estremità visibile di un corpo finito.

At color plerumque videtur, ubi nullus talis datur extremitas, ut in iride & prismate, in vitris vel liquoribus perspicuis & aliquo colore leviter tinctis.

Ma al contrario, la maggior parte dei colori compare dove non è data tale estremità, come nell'arcobaleno e nel prisma, nelle lenti oppure nei liquidi trasparenti e in altri posti tinti di un leggero colore.

In aquâ marinâ, quæ viridis plurimum apparet, qui tamen color non in extremitate aquæ, sed per totam ejus crassitiem, generatur; in aere, qui, licet maxime perspicuus & nullo corpore denso terminatus, serenâ tamen nocte cæruleus apparet; & in flammâ, quæ non minus perspicua est, & luci pervia, quam ipse aer.

Nell'acqua marina, che prevalentemente appare verde, ciononostante non genera il colore in superficie, ma attraverso tutto il suo spessore; nell'aria, la quale, benché trasparentissima e che non ha nessun corpo denso finito, tuttavia durante una notte limpida appare azzurra; e nella fiamma, che non è meno evidente e che penetra la luce (del giorno), quanto l'aria stessa.

Sic cum humores oculi colore aliquo tinguntur, omnia videntur eodem colore tincta, licet extremitas perspicui sit aliis coloribus prædicta.

Così quando gli umori dell'occhio si tingono in qualche posto di un colore, sembrano tutti tinti dello stesso colore, sebbene l'estremità della parte evidente* sia esposta ad altri colori.

** la parte esterna, la parte visibile dell'occhio.*

Et cum solem nudis oculis modo aspexeris, luminosa omnia deinceps videntur rubra, & nigra plerumque apparent cærulea, qui color erit magis conspicuus, si clausis oculis te in locum aliquem tenebrosissimum statim conferas.

E solo dopo che avrai osservato il sole ad occhi sguarniti, ogni cosa luminosa successivamente sembrerà rossa mentre la maggior parte dell'area più oscurata apparirà azzurra, colore che sarà maggiormente visibile, se con gli occhi chiusi ti porti subito in qualche luogo molto oscurato.

Imo premendo oculum colores in tenebris excitare liceat; quis autem vocabit illos extremitatem perspicui? Cæterum non opus est, ut has opiniones enixe refutem, quæ, etsi veræ essent, tamen non sunt sufficientes, neque proposito meo adversatur.

Anzi premendo l'occhio è possibile eccitare i colori nell'oscurità, ma chi chiamerà loro estremità visibili? Del resto non c'è bisogno che rifiuti veemente queste opinioni, le quali, sebbene fossero vere, tuttavia non sono sufficienti né sono avverse al mio proposito.

Pag 149 - 170

Esto enim lux qualitas corporis lucidi, esto lumen actus perspicui, & color ejus extremitas, & quicquid de illis dixerunt, esto; abinde tamen haud concipi poterit, quo pacto lux refringatur, unde colores sint varii, quid in causâ sit, quod in perspicillis apparent, & quâ ratione incommodum istud devitari possit.

Sia infatti la luce del giorno la qualità dei corpi lucenti, sia la luce l'atto percepibile ed il colore la propria estremità e di qualsiasi altra cosa, di questo dissero, sia; tuttavia da questo non potrà essere concepito, in quale modo convenuto la luce sia rifratta, dove i colori siano diversi, che cosa sia contenuto nella causa, perché appaiono alla percezione e con quale criterio codesto incomodo possa essere evitato.

AD opiniones aliorum philosophorum quod attinet, dixerunt colores vel ex umbrâ luceque varie mixtis; vel ex contortione globulorum aut eorum variis pressionibus generari; vel denique ex variis modis, quibus

Delle altre opinioni dei filosofi in quanto attinenti, dissero dei colori: o dall'ombra e dalla luce variamente misti, oppure generati dalla contorsione di corpi sferici o meglio dalle loro varie pressioni, o infine da modi

medium quoddam æthereum vibratur, statuentes lucem productam esse ex impulsu vibrantis ætheris in retiformem tunicam delato.

diversi, quali una via di mezzo per così dire etereo ondulata, costituente la luce che viene prolungata dall'impulso etereo vibrante riportata all'interno di un involucro di forma reticolare.

Extra oleas nimis vagarer, si has opiniones sigillatim refutandas adortus essem: Nec opus est, ut faciam, cum omnes in communi quodam errore consentiant; scilicet, quod modificatio lucis, quâ singulos colores exhibet, ei non sit insita ab origine suâ, sed inter reflectendum vel refringendum acquiritur.

Vagherei troppo fuori dagli olivi*, se mi accollassi (l'onere) di controbattere singolarmente siffatte opinioni, né c'è bisogno che io faccia, quando tutti concordano in comune su qualche errore; naturalmente, poiché la struttura della luce, la quale esibisce singoli colori, non le è innata sin dalla propria origine, ma è acquisita tra il riflettersi oppure il rifrangersi.

** uscire fuori dal seminato, uscire fuori dal discorso, allontanarsi troppo dall'argomento.*

Inter radios lucis nullum contemplantur discrimen priusquam incidant in corpus aliquod colorificum; opinati tantum, quod pro variâ disposictione corporis istius variis modis reflectuntur vel refringuntur, & pro specie modificationis, quam sic acquirunt, varia deinde colorum phantasmata spectantibus exhibent.

Tra i raggi della luce non sono contemplate differenziazioni prima che incidano su di un qualche corpo colorato; solamente presunto, poiché per la varia disposizione di codesti corpi rende diversi i modi in cui vengono riflessi o rifratti e grazie al tipo di struttura, che acquisisco in questo modo, esibiscono in seguito i vari rispettivi spettri di colore.

Mixtura lucis & umbræ, gyratio globulorum vel varia vibratio medii non supponuntur inesse radiis antecedenter ad eorem reflexiones vel refractiones, sed per istas actiones generari creduntur.

La mescolanza della luce e dell'ombra, la rotazione dei corpi sferici oppure la varia ondulazione intermedia * non si suppone che siano all'interno dei raggi antecedenti alle loro riflessioni o rifrazioni, eppure

Pag 150 – 171

sono creduti essere generati per mezzo di codeste azioni.

** da (**medii**) intermedia, moderata, alternata?*

Quemadmodum & Peripatetici statuunt colores a corporibus originem ducere, quorum dicunt esse qualitates.

Alcuni di questi modi compreso quello dei Peripatetici, determinano che i colori traggano origine dai corpi, dei quali dicono essere la qualità.

Attamen contrarium esse verum ex sequentibus abunde patebit.

Ma tuttavia da quanto segue ampiamente esposto per intero, in realtà, è il contrario.

Invenio scilicet, quod modificatio lucis, unde colores originem sumunt, luci connata sit, & non oritur a reflexione neque a refractione neque a qualitatibus corporum, aut modis quibuslibet, nec ab iis vel destrui potest, vel ullo modo mutari.

Trovo naturalmente che la struttura della luce, da cui prendono origine i colori, sia connata con la luce, e non nasce dalla riflessione, né dalla rifrazione, né dalle qualità dei corpi, o in qualsiasi altro modo, né può essere distrutta o modificata in alcun modo da loro.

VERUM, ut sententiam meam distinctius proferam, invenio primo, quod radiis diverse refrangibilibus competant diversi colores, maxime refrangibilibus purpura sive violarum color competit, & rubor minime refrangibilibus, atque mediocribus viriditas vel potius confinium viridis & virescentis cærulei.

Tant'è vero, che formulerò il mio distinto pensiero; per prima cosa trovo che a raggi diversamente rifratti corrispondono colori diversi, il massimo della rifrangibilità compete ai porpora ossia ai colori violacei, mentre il minimo della rifrangibilità al colore rosso, allo stesso tempo i valori intermedi, ai colori verdi o piuttosto al confine tra il verde e il colore azzurro verdastro.

Cæruleus autem purpuræ intercedit & viriditati, flavusque viriditati & rubori.

L'azzurro invece si frappone al viola e al verde, ed il giallo al verde ed al rosso.

Adeoque radii prout sunt plus plusque refrangibiles, apti sunt ad

Oltre a questo, dato che i raggi sono sempre più rifrangibili,

hos ordine colores rubrum, flavum, viridem, cæruleum & violaceum generandos una cum omnibus eorum successivis gradibus & coloribus intermediis.

sono legati a questo ordine di colori: rosso, giallo, verde, azzurro e violaceo, che si generano nello stesso momento con tutti i loro gradi successivi e colori intermedi.

lNVENIO præterea, quod nullius radiorum generis forma sive dispositio colorifica vel refractione vel aliâ quâcunque (quam potuerim animadvertere) causâ mutari potest, sed unicum tantum sibi proprium colorem unumquodque semper conservat & exhibet, si modo a radiorum diversi generis misturâ non conturbetur.

Trovo inoltre che nessun genere di forma dei raggi ovverosia la disposizione delle colorazioni oppure la rifrazione o qualsiasi altra causa (che abbia potuto avvertire nell'animo) può essere mutata, ma solamente in modo unico ciascuno si conserva e esibisce sempre il proprio colore, a meno che non sia conturbato da una mistura di raggi di genere diverso.

Pag 151 – 172

Nam colores, qui refractionibus generari videntur, non nisi difformium radiorum misturâ variâ, vel separatione fiunt.

Poiché i colori, che dalle rifrazioni sembrano essere generati, non sono altro che una varia mistura di raggi difformi, oppure lo divengono per separazione.

TERTIO invenio, quod color albus & niger una cum cinereis seu fuscis intermediis fiunt ex radiis cujusque speciei confuse mistis; & similiter, quod cæteri omnes colores, qui non sunt ex primitivis, per varias horum radiorum misturas producuntur.

In terzo luogo trovo che il colore bianco ed il nero, insieme con i grigi ovverosia i scuri intermedi derivano dai raggi di ciascuna specie confusamente misti; e allo stesso modo, tutti i colori che restano, che non provengono dai primitivi, sono prodotti da varie mescolanze di questi raggi.

Et inde non mirum est, si difformibus radiis per inæqualem refractionem segregatis, diversi colores ex his de novo emergere videantur.

E da questo non è straordinario, se difformi raggi segregati per ineguale rifrazione, di nuovo sembrano emergere da costoro colori diversi.

QUIN ETIAM invenio, quod primitivi colores per misturam radiorum alterutrinque confinium exhiberi possunt.

Anzi ancora una volta trovo, che i colori primitivi possono mostrarsi per mistura dei raggi che confinano uno con l'altro.

Viridis nempe ex flavo & cæruleo, flavus ex adjacente viridi citrioque, & sic de aliis.

Verde naturalmente dal giallo e l'azzurro, giallo dall'adiacente verde limone, e così via per quanto riguarda gli altri.

Per colores autem primitivos non tantum quinque prædictos intelligo, sed & quoslibet alios, quibus exhibendis aptum datur aliquod uniforme radiorum genus.

D'altronde per colori primitivi non intendo solamente i cinque suddetti, ma anche qualsiasi altro, dei quali mostrarsi è dato connesso a qualche genere di raggi uniformi.

lNVENIO denique, quod omnes omnium corporum colores non aliunde generantur quam e dispositione quâdam, quâ apta sunt ut alios radios reflectant, & intromittant alios.

Trovo infine, che tutti i colori di tutti i corpi non sono generati da altra ragione quanto da una certa disposizione, tanto quanto sono nel tal modo connessi alcuni raggi riflettenti con gli altri intromessi.

Pag 152 – 173

Sic corpus rubrum est, quod radios ad rubedinem aptos reflectit maxitne, & plerosque cæteros intromittit; purpureum, quod radios isti colori generando proprios reflectit, & intromittit alios: album vero, quod sere omnes reflectit; & nigrum, quod omnes intromittit, paucissimis, sed omnium tamen specierum, radiis repercussis.

Così il corpo è rosso, poiché atto a riflette maggiormente i raggi di colore rosso, mentre intromette la maggior parte restante; il purpureo (il viola), che riflette i propri raggi generati di codesto colore e intromette gli altri; il bianco senza dubbio, che intreccia tutto ciò che rifletta; ed il nero, che intromette tutti, ma tuttavia, seppur pochissimi, respinge ogni specie di raggi.

VERUM ne videar officii limites excessisse, dum naturam colorum

In verità, perché non sia sembrato di aver oltrepassato i

pertractare aggrediar, qui nihil ad mathesin attinere censeantur; non abs re erit, si de ratione incepti huius iterum commonefaciam: nimirum tanta est inter proprietates refractionum & colorum affinitas, ut seorsim explicari nequeant.

limiti del mio dovere, mentre procederò a trattare la natura dei colori, che alla matematica sono ritenuti non pertinenti, non sarà fuori luogo, se commemorerò ancora una volta sul merito della ragione per cui ho cominciato: naturalmente l'affinità tra le proprietà delle rifrazioni ed i colori è talmente tanta, che non possono essere spiegate separatamente.

Qui alterutras rite velit cognoscere, ut alteras cognoscat necesse est: & præterea, si de refractionibus non agerem, & earum disquisitio non esset in causâ, quod negotium de coloribus simul explicandis inceptarem; tamen generatio colorum tantam geometriam complectitur & eorum cognitio tantâ firmatur evidentiâ, ut vel ipsorum gratiâ possem aggredi, sic limites matheseos non nihil ampliaturus.

Chi voglia conoscere nel modo consueto le une è necessario che conosca anche le altre; tra l'altro, se non mi occupassi delle rifrazioni, e la sua disquisizione non fosse dentro la causa, riguardo l'incombenza dei colori dovrei iniziare a spiegarli simultaneamente; tuttavia la generazione dei colori comprende tanta geometria e la sua cognizione è talmente consolidata dall'evidenza, che persino la stessa compiacenza potessi intraprendere, ciò nonostante non amplierà per niente i confini della matematica.

Quemadmodum enim astronomia, geographia, navigatio, optica & mechanica pro scientiis mathematicis habeantur, licet in iis agatur de rebus physicis, cœlo, terrâ, navibus, luce & motu locali: sic etiamsi colores ad physicam pertinent, eorum tamen scientia pro mathematicâ habenda est,

Esattamente come per l'astronomia, la geografia, la navigazione, l'ottica e la meccanica ottenuti grazie alle scienze matematiche, sebbene in loro si tratti di cose fisiche, del cielo, della terra, delle navi, della luce e dal movimento locale; allo stesso modo anche se i colori sono pertinenti alla fisica,

quatenus ratione mathematicâ tractantur.

tuttavia la loro conoscenza è da ottenere attraverso la matematica, trattati dall'unico criterio della matematica.

Pag 153 – 174

Imo vero, cum horum accurata scientia videtur ex difficillimis esse, quæ philosophus desideret; spero me quasi exemplo monstraturum quantum mathesis in philosophiâ naturali valeat; & exinde ut geometras ad examen naturæ strictius aggrediendum, & avidos scientiæ naturalis ad geometriam prius addiscendam horter: ut ne priores suum omnino tempus in speculationibus humanæ vitæ nequaquam profuturis absumant; neque posteriores operam præposterâ methodo usque navantes a spe suâ decidant.

Infatti, poiché la conoscenza esatta di questi sembra essere una delle cose più difficili che desidera il filosofo; Spero di mostrare con un esempio quanto vale la matematica nella filosofia naturale; e quindi che i geometri si avvicinino più rigorosamente all'esame della natura, e coloro che amano le scienze naturali siano incoraggiati a imparare prima la geometria: affinché i primi non perdano affatto il loro tempo in speculazioni sulla vita umana che non sono in alcun modo utili; né questi ultimi, avendo operato secondo il metodo dei posteri, dovrebbero allontanarsi dalla loro speranza.

Verum ut geometris philosophantibus & philosophis geometriam exercentibus, pro con jecturis & probabilibus, quæ venditantur ubique, scientiam naturæ summis tandem evidentiis firmatam nanciscamur.

È vero che ai geometri filosofanti e ai filosofi che praticano la geometria, invece delle congetture e delle probabilità, che si vendono ovunque, otteniamo finalmente una conoscenza della natura supportata dalle più alte evidenze.

Itaque ad institutum redeo de coloribus secundum præcedentes quinque propositiones explicatis disceptaturus.

E così torno in istituto per discutere dei colori secondo le cinque proposizioni precedenti spiegate.

PROP. I

Radiis diverse refrangibilibus diversi competunt colores

Quo primum comprobem, repetamus experimcntum prismatis sub initio propositum; nempe radii solares obtenebratum cubiculum ad foramen F (fig. 1.) ingressi, a prismate A B C quam proxime foramen istud intus disposito refringantur, tendentes deinde versus oppositum parietem H I ad imaginem P T ibi depingendam, & imago illa, ut vulgo notum est, coloribus tingetur, quorum rubeus ad extremitatem T a recto cursu minus deviantem, & purpureus ad alteram procliviorem extremitatem P procidet; cæruleus autem viridisque & flavus ad Q, R & S intermedia loca cernentur.

Proposizione I

raggi con diversa direzione di rifrangibilità corrispondono a colori diversi

Per dimostrarlo innanzitutto ripetiamo l'esperimento del prisma proposto all'inizio; cioè i raggi solari, entrati nella stanza oscurata dal foro F (fig. 1.), vengono rifratti dal prisma A B C posto il più vicino possibile a quel foro interno, tendendo poi verso la parete opposta H I per dipingere l'immagine P T lì, e quell'immagine, come è comunemente noto, è tinta di colori, dei quali il rosso cade all'estremità T meno deviante dal corso rettilineo, ed il cremisi all'altra estremità P più inclinata; e blu, verde e giallo saranno visti nei posti intermedi Q, R & S.



Constat itaq; quod radii maxime refracti purpuram exhibent, & minime refracti ruborem, cæterique intermediam refractionem passi colores in ordine præfinito intermedios.

Si conviene che; che i raggi più rifratti mostrano il viola, e i meno rifratti il rosso, e il resto subisce una rifrazione intermedia nei colori intermedi nell'ordine predeterminato.

Sed in majorem evidentiam tum doctrinæ de radiorum diversâ refrangibilitate sub initio propositæ, tum hujus doctrinæ quod certis refrangibilitatis gradibus certi conveniant colores, videamus e contra an diversi coloris radii diversam refractionem patientur; hoc est, an radii versus P tendentes refractionem iterum majorem patientur, quam qui tendunt versus T; id quod variis modis tentare liceat, quorum facillimum & maxime perspicuum sequentem existimo.

Ma a maggior evidenza sia della dottrina della diversa rifrattibilità dei raggi proposta all'inizio, sia di questa dottrina secondo cui a certi colori corrispondono certi gradi di rifrattibilità, vediamo invece se diversi colori dei raggi sopportano una diversa rifrazione; cioè se i raggi tendenti verso P subiscono ancora una rifrazione maggiore di quelli tendenti verso T; che si può tentare in vari modi, dei quali ritengo il seguente il più semplice e chiaro.

SUME aliud prisma a b c (fig.1.) & illud alicubi inter primum prisma A B C & imaginem P T ita colloca, ut sit illi prismati A B C transversum, sive parallelum imagini P T, radiosque versus PT o tendentes intercipiat, & alioversum refringat, puta versfus p t.

Prendi un altro prisma a b c (fig. 1.) e mettilo da qualche parte tra il primo prisma A B C e l'immagine PT in modo che sia trasversale a quel prisma A B C, o parallelo all'immagine PT, e intercetta i raggi che tendono verso PT o, e rifrange al contrario, diciamo la linea p t .

Hoc facto, imaginem p t refractionibus utriusque prismatis sic effectam videbis, ut prius coloratam, sed in alio tamen situ

Fatto ciò vedrete l'immagine p t prodotta dalle rifrazioni di ambedue i prismi, come prima era colorata, ma disposta in

dispositam; non parallelam imagini P T, sed secundum extremitates rubras manifesto convergentem.

diversa posizione; non paralleli all'immagine PT, ma chiaramente convergenti secondo le estremità rosse.

Pag 155 – 176

Jam, cum radii ad utrofque colores, rubrum T & purpureum P pertinentes, similiter incidant in prisma secundum a b c, si eandem præterea refractionem paterentur, imagines P T & p t deberent esse parallelæ, & ideo, cum non existunt parallelæ, sed imaginis p t extremitas purpurea p longius ab alterâ imagine P T transferatur, quam extremitas rubea t; necessario concedendum est, quod radii ad extremitatem purpuream P tendentes magis refringantur, quam qui tendunt ad extremitatem rubeam T: hoc est, quod radii generantes purpuram apti sunt, ut magis refringantur quam ruborem efficientes, atque idem quoque de coloribus intermediis eâdem ratione constabit, si cut ostendendum proposui.

Ora, poiché i raggi appartenenti a ciascuno dei due colori, rosso T e porpora P, cadono allo stesso modo sul prisma secondo a b c, se anch'essi subissero la stessa rifrazione, le immagini P T & p t dovrebbero essere parallele, e quindi, poiché non esistono parallele, ma l'estremità dell'immagine p t viola p viene trasferita più lontano dall'altra immagine P T che dall'estremità rossa t; si deve necessariamente ammettere che i raggi tendenti all'estremità porpora P sono più rifratti di quelli che tendono all'estremità rossa T: questo perché i raggi che generano il porpora si prestano ad essere più rifratti di quelli efficienti al rosso, e gli stessi allo stesso modo sarebbero evidenti anche i colori intermedi, se proponessi di mostrare il taglio.

IN experiendis hisce notari poterit, quod quo vicinius anteriori prismati A B C, sive quo remotius a pariete H I collocetur prisma posterius a b c, imagines p t & P T eo magis ab invicem distantes etiam ad se magis inclinabuntur; adeo ut angulum

Nello sperimentare queste cose si noterà che quanto più vicino è il prisma anteriore A B C, ovvero quanto più lontano dalla parete H I è posto il prisma posteriore a b c, tanto più distanti saranno le immagini p t & P T, tanto più saranno inclinate l'uno verso

semirectum vel paulo minorem eo contineant, cum prismata collocantur ad invicem vicinissima; cujus rei ratio facillima est consideranti, quod distantiæ P p & T t sint in ratione quâdam datâ.

l'altro; tanto che, quando i prismi sono posti uno vicino all'altro, contengono un angolo semiretto, o poco meno; la cui ragione è la più semplice da considerare, cioè che le distanze P p & T t sono in relazione ad un certo dato.

Sic in fig. 2, si parallelæ P p ac T t sint in ratione datâ, quo majores existant, eo major erit inclinatio linearum P T ac p t.

Così nella fig. 2, se i paralleli P p e T t sono nel rapporto dato, in cui esistono, maggiore sarà l'inclinazione delle linee P T e p t.



Fig. 2.

Et hinc patet axes imaginum omnium productas convenire ad commune aliquod punctum cum axe P T.

E da ciò è evidente che gli assi delle immagini prodotte di tutte si incontrano in qualche punto comune con l'asse P T .

Pag 156 – 177

SI forte concursus imaginum desideretur, radii O F a sole directi eo usque producantur, donec occurrant cum plano H I, in quod

SE per caso si vuole la convergenza delle immagini, i raggi O F diretti dal sole vengono prodotti fino ad incontrare il piano H I, sul quale

dictæ imagines projiciuntur, quemadmodum videre est ad X; id quod siet auferendo prisma A B C, ut jubar per F trajectum recta tendat ad X, & erit X locus, ad quem imagines P T & p t convergunt.
Nam, quemadmodum radii maxime refrangibiles cadunt in P ac p, & minime refrangibiles in T & t, conficientes imagines oblongas P T ac p t, si alii præterea radii darentur minus adhuc refrangibiles, illi citra punctum T ac t in papyrum I H caderent, quo pacto imagines iliæ paulo longiores evaderent, auctæ scilicet ad extremitates T ac t.

vengono proiettate dette immagini, come si vede in X; ciò che sarà, togliendo il prisma A B C, sì che la curva passante per F tenderà diritta a X, e X sarà il luogo dove convergono le immagini P T & p t.
Infatti, come i raggi più rifrattabili cadono su P e p, e i meno rifrattabili su T & t, formando le immagini oblunghe P T e p t, se fossero dati anche altri raggi ancora meno rifrattabili, quelli da questa parte del punto T e t cadrebbero sul papiro I H, per cui quelle immagini sfuggirebbero un po' più a lungo, essendo ovviamente aumentate alle estremità T e t.

Atque ita, si singeremus radios gradatim minus atque adhuc minus refrangibiles dari, usque dum deventum esset ad radios adeo pertinaces, ut non possent omnino refringi, illi radii prismata sine aliquâ refractione pertranseuntes, incidere deberent in ipsissimum punctum X, ad quod posuimus radios a sole directe venientes tendere.

E così, se pretendessimo che i raggi diventassero via via sempre meno rifrangenti, fino ad arrivare a raggi così ostinati da non potersi affatto rifrangere, quei raggi, passando attraverso i prismi senza alcuna rifrazione, dovrebbero cadere sul proprio nel punto X, dove abbiamo posto, i raggi del sole tendono a venire direttamente.

Imagines itaque P T & p t sic productæ convenirent ad X, & proinde ad idem X convergunt.

Pertanto le immagini P T & p t così prodotte convergono a X, e quindi convergono alla stessa X.

Cæterum dubitari potest, an imagines illæ, si eo usque producerentur, dum convenirent

Inoltre si può dubitare che quelle immagini, se fossero prodotte fino a convergere verso

ad X, sorent accurate rectæ vel paululum incurvatæ, neque istud (cum multi foret laboris & parvi momenti) jam lubet determinare; sussicit, quod ex observatione quam proxime convergunt ad X.

X, sarebbero esattamente dritte o un po' piegate, e questo (visto che sarebbe molto lavoro e di poca importanza) non è una buona cosa determinare. Suggerisce che, dall'osservazione, convergono il più vicino possibile a X.

Pag 157 – 178

DE hoc experimento sub initio observabam, §. 23, quod omnibus adversatur objectionibus, quæ contra doctrinam de inæquali refrangibilitate traditam proponi possunt; ex eo quod per transversam refractionem secundi prismatis constat inæquales refractiones non esse fortuitas & irregulares, neque ex radii cujusque diffusione vel dilatatione ortas esse, aut aliâ quavis causâ præter dispositionem cujusque radii ad refractionem in gradu aliquo certo & constante patiendam, quandoquidem cujusque refractio in utroque prismate secundum illam legem peragitur.

Riguardo a questo esperimento ho osservato all'inizio, § 23, che contrasta tutte le obiezioni che possono essere sollevate contro la tradizionale dottrina della rifrattibilità disuguale; dal fatto che per la rifrazione trasversale del secondo prisma è evidente che le rifrazioni disuguali non sono accidentali ed irregolari, né che derivano dalla diffusione o dilatazione di ciascun raggio, o da qualsiasi altra causa che la disposizione di ciascun raggio subiscono la rifrazione in grado certo e costante, poiché la rifrazione di ciascuno in entrambi i prismi si effettua secondo quella legge.

Addo jam, quod exhinc etiam constat, refractiones singulorum radiorum secundum easdem leges peragi, sive commisceantur cum radiis aliorum generum, ut sit in albâ luce, sive separatim refringantur luce prius in colores conversâ.

Devo aggiungere che da ciò risulta anche evidente che le rifrazioni dei singoli raggi si effettuano secondo le stesse leggi, sia che siano mescolati con raggi di altra specie, così da essere in luce bianca, sia che siano rifratti separatamente dalla luce, dopo essere stati prima convertiti in colori.

Nam experiri est, quod similes sunt refractiones posterioris prismatis, cum proxime collocatur post alterum prisma, antequam lux per id trajcta transmigret in colores, atque cum longius post illud prisma statuitur, ubi lux evasit colorata.

Infatti è da provare che le rifrazioni del prisma posteriore sono simili quando è posto subito dietro all'altro prisma, prima che la luce che lo attraversa si trasmigri in colori, e quando il prisma è posto più indietro, dove la luce si è rilevata colorata.

SI cui in potestate est instrumentum aliquod ad quantitates refractionum accurate mensurandas paratum, nullus dubito, quin istius etiam ope seorsim dimetiendo refractiones diversorum generum radiorum, facile observabit earum diflerentias, licet ego prædictis tanquam manifestissimis acquiescens, haud operæ pretium duxerim rem aliis modis experiri.

Se qualcuno avesse in suo potere uno strumento preparato per misurare con precisione le quantità delle rifrazioni, nessuno, dubito, ma con l'aiuto di questo, distinguendo separatamente le rifrazioni dei diversi tipi di raggi, osserverà facilmente le loro differenze, sebbene Essendo d'accordo con quanto sopra detto come il più ovvio, non ho ritenuto opportuno affrontare la questione con altri mezzi.

Pag 158 – 179

Verum, ut cuique magis pateat, quanta sit prædictiorum evidentia, quædam, quæ exinde scaturiunt notatu dignissima, proferre non pigebit.

Ma affinché a ciascuno sia più evidente quanto sia grande l'evidenza delle predizioni, non esiterà a esporre alcune cose che ne derivano, che sono le più degne di nota.



SIT F f (fig. 3.) paries vel operculum fenestræ duobus foraminibus F & f luci pervium, iisque digitos duos ab invicem distantibus, & intus disponantur duo prismata A B C, D E G, in situ sibi invicem parallelo, & perpendiculari ad lineam F f per centra foraminum ductam ; quæ duo lucem ingressam refringunt ad imagines duas P T & M N in oppositum parietem projiciendas, simili prorfus modo, quo factum est in experimento priori, & preterea sint anguli prismatum A C B, D G E comprehensi planis refringentibus æquales ; q uibus ita constitutis videbis imagines P T & M N in directum jacentes cum extremitatibus earum T & M contiguis.

Sia F f (fig. 3.) la parete o copertura della finestra accessibile alla luce per due aperture F & f, e queste due dita distanti tra loro, e dentro siano posti i due prismi A B C, D E G, in a sono state tracciate posizioni parallele tra loro e perpendicolari alla linea F f passante per i centri dei fori; i quali due rifrangono la luce entrante per proiettare le due immagini P T & M N sulla parete opposta, in maniera simile come si fece nell'esperimento precedente, e inoltre siano uguali gli angoli dei prismi A C B, D G E compresi nei piani rifrangenti; così disposte vedrete le immagini P T & M N giacere in linea retta con le loro estremità T & M contigue.

Quod si non eveniat, situs unius e prismatibus parum mutandus est, donec extremitates contiguas esse cernas, vel forte nonnihil

Se ciò non accade, bisogna cambiare un po' la posizione di uno dei prismi, finché non si vede che le estremità sono

coincidentes purpurâ M & rubore T.

contigue, o magari un po' coincidenti con la M viola e la T rossa.

Sic juxta positis adhibeatur prisma tertium a b c, quod primis prismatibus & earum imaginibus interponatur, in situ ad lineam F f sive ad imagincs dictas P T, M N parallelo; ita nempe ut radios utriusque prismatis A B C, D E G, tendentes versus P T & M N, parìter intercipiat, eosque refringens alio projiciat, quemadmodum ad p t & m n, adeo ut quæ duobus prismatibus in priori specimine facta sunt, hic videas facta tribus.

Così posti uno accanto all'altro, si usa un terzo prisma a b c, il quale si interpone coi primi prismi e le loro immagini, in posizione parallela alla linea F f o alle immagini dette PT, M N; in modo che intercetta equamente i raggi dei due prismi A B C, D E G, tendenti verso P T & M N, e rifrangendoli li proietta ad un altro, come a p t & m n, tanto che ciò che fecero i due prismi nell'esemplare precedente, che vedi qui fatti a tre.

Pag 159 – 180

HIS ita paratis & constitutis, videbis imagines p t & m n ab invicem disjunctas esse, quæ prius apud P T & M N fuerunt contiguæ & in directum positæ, ira quidem ut purpura m in extremitate imaginis m n magis distet ab imaginibus primis P T & M N, quam rubor t in extremitate imaginis p t; id quod nullo modo potuisset accidisse, nisi radii ad purpuram generandam apti aliquanto magis refringerentur ex incidentiâ pari, quam radii generantes rubidinem.

Avendoli così preparati e stabiliti, vedrai che sono separate tra loro le immagini p t & m n, che prima erano contigue a P T & M N e poste in linea retta: all'estremità dell'immagine p t; il che non sarebbe potuto avvenire in alcun modo, a meno che i raggi atti a generare il porpora non fossero stati un po' più rifratti a parità di incidenza dei raggi che generavano il rosso.

Etenim, cum radii coloris utriusque pariter incidant in

Infatti, poiché i raggi di entrambi i colori cadono

prisma posterius a b c, pariter etiam emergerent, si æqualiter refringerentur, & exinde depingerent imagines p t & m n prioribus P T & M N parallelas & in directum jacentes.

equamente sul prisma posteriore a b c, emergerebbero anche ugualmente, se fossero rifratti equamente, e dipingerebbero immagini p t & m n parallele alla precedente P T & M N e giacenti in linea retta.

Dixi radios utriusque coloris (purpurei rubeique) pariter incidere in prisma posterius II I, e, quod ne moram injiciat alicui, concipiendum est, quod radii F T tantum inclinantur versus extremitatem ejus c, quantum alteri f M versus extremitatem alteram ab, & sic incident pariter sive ad eosdem angulos, licet non paralleli.

Ho detto che i raggi di ambedue i colori (porpora e rosso) cadono equamente sul prisma posteriore II 1, e, affinché non imponga ritardo a nessuno, bisogna intendere che i raggi F T sono inclinati altrettanto verso la sua estremità c come l'altra f M verso l'altra estremità ab, e così incidono equamente o con gli stessi angoli, sebbene non paralleli.

Si quis tamen velit efficere, ut incidant etiam paralleli, nihil aliud agendum est, quam ut alterum e prismatibus anterioribus A B C, vel D E G circa suum axem paululum convertatur, donec inter T & M interiores imaginum exctremitates tanta intercidat distantia, quanta est inter foramina F & f, sive quanta isti rei sufficiens videatur; imaginibus ad istam distantiam in directum jacentibus, & prismate a b c deinceps interposito, facile percipiet, quod incidentes parallele emergent inclinati, tum quod imagines non amplius in directum jacebunt, tum quod purpura M ad majorem distantiam transferetur quam rubedo T.

Se però si vuole far cadere anche i paralleli, non si deve fare altro che girare un po' uno dei prismi anteriori A B C o D E G attorno al suo asse, finché tra T e M le estremità interne delle immagini si intersechino altrettanto grande una distanza pari a quella tra i fori F & f, o quanto questa sembri sufficiente allo scopo; con le immagini disposte in linea retta a questa distanza, e ponendo il prisma da b c in poi, percepirà facilmente che l'incidente esce parallelo ed inclinato, e che le immagini non giaceranno più in linea retta, e che il colore viola La M verrà trasferita a una distanza maggiore della T rossa.

Pag 160 – 181

SI tria prismata non præsto sint, experimentum jam recitatum duobus experiri possit, idoque modo magis expedito & facili.

Se non si hanno a disposizione tre prismi, si può tentare l'esperimento già recitato con due, e in questo modo più conveniente e facile.



Sit A B C D E (Fig. 4.) prisma cujus unum latus planum A B D E papyro denigratâ tegatur, duobus parvis foraminibus F & f luci perviâ, quorum foraminum situs esto ad longitudinem prismatis transversus.

Sia A B C D E (Fig. 4) un prisma, un lato del quale il piano A B D E è coperto di carta annerita, attraverso due piccoli fori F & f, la posizione dei quali fori dovrebbe essere trasversale alla lunghezza del prisma.

Tunc prismate hoc ita disposito, ut radii permeantes ista foramina terminentur in oppositum quoddam planum, puta papyrum H I; transferatur ista papyrus ultra citraque, donec videas imagines duas P T & M N contiguis extremitatibus in directum

Poi con questo prisma disposto in modo che i raggi passando per questi fori terminino in un certo piano opposto, per esempio papiro H1; trasferisci questo papiro di là e di qua, finché vedrai le due immagini P T & M N unite alle estremità

conjunctas ut prius, deinde altero prismate a b c interposito in situ ad alterum transverso, videbis imagines illas P T & M N ad p t & m n ita translatas esse, ut non amplius jaceant in directum, rubedine t a T minus remotâ, quam purpura m sicut in prioribus contigebat.

adiacenti in linea retta come prima, poi col secondo prisma a b c interposto in posizione opposta all'altro, vedrai che quelli le immagini P T & M N sono state trasferite in p t & m n in modo tale che non giacciono più nella direzione diretta, la t rossa è meno distante da T della m viola, come accadeva nei casi precedenti.

EST & aliud ex eodem fonte derivatum specimen, haud expertu difficilius aut minoris evidentiæ.

E c'è un altro esemplare derivato dalla stessa fonte, che non ha incontrato maggiori difficoltà o minori prove.

Pag 161 – 182



Prismate A B C, (Fig. 5) juxta foramen F ut prius collocato, ad distantiam convenientem (veluti duodecim pedum) statuatur aliud prisma a b c in situ transverso respectu prioris, vel forte parallelo, aut alio quovis pro arbitrio; ita tamen ut anterius prisma A B C lucem refractam &

Con il prisma A B C (Fig. 5) vicino al foro F come precedentemente posizionato, ad una distanza opportuna (diciamo dodici piedi) si porrà un altro prisma a b c in posizione trasversale rispetto al primo, o magari parallelo, o qualsiasi altro a Volere; tuttavia in modo che il

coloratam projiceat in aliquod ex planis lateribus a c, quod quidem latus, obducatur papyro denigratâ, & exiguo foramine G per medium transfossâ, per quod aliqui ex radiis ab anteriore prismate refractis transeant in hoc prisma posterius; ubi, cum rursus refracti fuerint, pergant ad papyrum H I ab inde decem pedibus vel pluribus distantem.

prisma anteriore ABC proietta la luce rifratta e colorata in uno dei lati piani a c, il quale lato è effettivamente coperto di carta annerita, e nel mezzo è scavato un piccolo foro G, attraverso il quale parte dei raggi rifratti dalla parte anteriore il prisma passa in questo prisma posteriore. dove, quando sono stati rifratti di nuovo, procedono verso il papiro H I, distante da lì dieci piedi o più.

Quibus ita compositis & constructis, in situ illo figatur papyrus H I & posterius prisma a b c.

Quando questi furono così composti e costruiti, il papiro H I fu fissato in quella posizione, e poi il prisma a b c.

Denique præ manibus fumatur anterius prisma A B C, non ut moveatur e loco ejus, sed ut motu tantum angulari nunc huc nunc illuc paululum inclinetur, ut alios atque alios colores successive trajiciat per foramen G in oppositam papyrum H I, & videbis, quod color quilibet diversus ad locum diversum perget.

Infine, davanti alle mani, si affumica davanti il prisma A B C, non perché si sposti dal suo posto, ma perché si inclini un po', ora qua e ora là, con un movimento soltanto angolare, in modo da passare diverse colori successivamente attraverso il foro G nella carta opposta H I, e vedrai che ogni colore è diverso e andrà in un posto diverso.

Veluti, cum ea sit positio prismatis A B C, ut rubor cadat ad G, videbis istum puta ad T refringi; & hac positione prismatis A B C paululum mutatâ, inclinando id circa axem donec purpura cadet in G: videbis, quod ille color juxta obliquiorem tramitem refringetur, puta ad P; & pari modo, si color

Per esempio, quando la posizione del prisma A B C è tale che il rosso cade in G, lo vedrai rifratto, per esempio, in T; ed in questa posizione del prisma A B C cambia un po', inclinandolo intorno all'asse finché il viola cada su G: vedrai che quel colore sarà rifratto presso una via obliqua, diciamo in P; e allo

